Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2463
Quelle:
Copyright:

ut daret Clementi (VII.) *postea intruso. et sic nec modo vult tollere nec voluit a Gregorio ut tradat Allexandro*, concluditque: *Ex quibus clare liquet quod nullus purus homo aut consilium hominis aut consilia potuerunt dominum gregorium deponere de papatu.*

XXXII. *fol.* 326. Species Gulae excerptae e *Lepra morali Job. Nider* O. P. Notata varia theologica. Excerpta item e *Michaelis de Bonomia* O. Carm. *Expositione super Psalterio.*

XXXIII. *fol.* 340. Quaedam ex *Alberto* M. de B. V. M. Solutiones III. Quaestionum, quarum Prima: *Quare de femina, et quare de femina virgine et quare de femina virgine desponsata christus nasci voluit?* Respondet ad hanc Fr. *Jacobus Sprenger* O. P. famosus deinceps per *Germaniam* Inquisitor Fidei. Secunda: *Si homo non peccasset an rosa sine spinis germinasset?* Tertia: *Cur Iudas non meruerit veniam pro Christi tradicione cum tamen egerit penitenciam?* His satisfacit Fr. *Thomas de dordraco.*

XXXIII. *fol.* 348. Excerpta e variis PP. maxime *Hieronymo*, de Obedientia, Castitate, Officio Moderatorum, Monachorum, Sacerdotum, de vigiliis &c. etiam e Scriptis suppositiis.

XXXIV. *fol.* 360. *Incipit Disceptatio anime peccatricis cum corpore in extremis.* Rhythmi sunt, quorum initium:

O care miserrima quis te sic prostrauit
Quam mundus sic prospere pridie ditauit &c.

Itaque Exemplum imperfectius illo, quod *Cod.* CCCXXIX. occurrit. Adhaerent varia PP. Dicta et Versiculi de Morte.

DCXLII.

278 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc. 321. f. per 2. columnas scriptus currente calamo Asceticus est, et praemisso Indice ab hac orditur Praefatiuncula: *Notandum quod opus subsequens seu liber seu tractatus intytulatur* Malagranatum. *Qui tractat de triplici statu religiosorum videlicet Incipiencium Proficiencium et Perfectorum* &c. Tribus itaque Partibus constat, et sic incipit: *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia* &c. Forma dialogica est inter Patrem et Filium. Collatus cum editione anni 1487. fine nota loci, char. goth. f. in L. III. Dist. 3. c. 3. his verbis: *emitti possit oratio* — deficit. Legitur porro ad calcem dictae editionis: *Explicit dyalogus dictus Malogranatum compilatus a quodam venerabili abbate monasterij Aule regie in Bohemia ordinis Cystercienſ.* Abbas is, ut post *Trithemium* in *Scriptt. eccl.* n. 652. docent recentiores, *Gallus* est Scriptor Sec. XIV. vergentis, nec liquet, qua ratione ductus *Bob. Balbinus* in *Bob. doctae* P. II. p. 161. opus nostrum *Matthaeo* itidem *Aulae Regiae* Mo-